Nobilis Joannes olim Joannis Mlarkowski de Mlarkowa Wolka Sanus mente et Corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Paulo olim Mathiae Droszenski et ipsius posteris Inscriptionem donatoriam terrae immobilis in bonis Droszanka Daranski sitae sibi recognoscenti per Nobilem Andream olim Mathiae Droszenski Coram actis hisce feria Secunda post Dominicam Sexagesimae Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Primo. recognitam Cum Omnimoda potestate eiusmodi Inscriptionis suae ac parata Intromissione possessione cuius [illegible] et ligamentis in Originali Inscriptione Contentis Aeque Omnes et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam ipsius transfert et transfundit. Intromissionem illi iam ex nunc cum possessione pacifica per Nobilem et ministeriales duos acceptandam dat et admittit. Personali sua recognitione in praemissis mediante.

Sijmborij Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus Comparens Nobilis Fabianus olim Mathiae Symbor Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Gregorio filio Joannis Symbor de Symborij Wlathi bibi et ipsius posteris bonorum suorum in hereditate Symborij Andrzeiowięta Consistentium Aream quatuor Falcorum à granicie Szedricha ad Viam stratam Bielscensem inter mettas Swiętoslai et Successorum Stanij iacentem Cum arboribus piscina et omnibus ac singulis utilitatibus fructibus provenientibus alteris nullis exceptis in Summa Duodecem Sexagenarum polonicalium hinc [illegible] ad exemptionem obligavit. et inscripsit. Cui iam ex nunc Intromissionem realem cum pacifica possessione per Nobilem et ministeriales duos acceptandam dat et admittit. Submittendo se cum suis posteris de omnibus bonis suis memoratum tenutarium et eius posteros [illegible] praemissioni ab Omni impedimento cuiuslibet quarumvis personarum propinquarum et remotarum pro tempore tenutae eius modi tuendum defendere eliberare et solus per se et per submissas personas non iniungendum Sub Vadio simili aliarum Duodecem Sexagenarum polonicalium et Coram officio praesenti Castrensi Capitaneali Branscensi in primo Citationis Termino perempthoria responsione Omnibus in Universum iuris remedys et defensis legalibus impedimentis etiam de iure Concessibilibus se et suos Successores Obligando Abdicando et abrenunciando. Sub amissione suae totius et integrae Causae.